

## Secundus de Anima

me distinctiones potentiarum sed tamen a posteriori. Sed de hoc non curamus. vide albertum in secundo de anima tractatu. quarto capitulo. 2. et. 3. et quarto.

**Ad. 6.** dicit. S. T. 1. parte. q. 78. ar. 3. ad. 2. q. se-  
sibilia communia per se non per se primo immutant  
sensum sed ratione qualitaris ut supra dictum est licet  
etiam figura sit qualitas tamen non per se primo imutat  
sensum. Ad aliud dicitur q. intellectus est potentia  
magis universalis et magis abstractus et ideo om-  
nia intelligit.

**Ad. 7.** dicit q. diversi sensus habent idem obiectum  
materiale sed non formale nec visus est circa tene-  
bras per se. Ad aliud dicit q. sensus non dicitur exte-  
rior quia sit extra animal sed quia percipit sua sensi-  
bilia non mediante alio sensu et dicitur particularis quia per-  
cipit tantum unum genus proprium sensibilem. Sed adhuc  
dubitat de tactu an sit tamen in nervis quia avicen-  
na dicit q. non debet putari quod sentiens est nervus  
sed nervus reddit sensum tangibilem alteri membro q.  
est caro. Alias oportet nervum esse expansum per  
totum et sic quilibet pars hominis esset nervosa.

Item paralytici non perdunt nervos nec habentes  
apoplexiam et tamen in aliquibus partibus corpo-  
ris non sentiunt per tactum. Os etiam sentit si scin-  
datur et tamen os hominis non est caro nec habet ner-  
vum ut patet in dentibus ergo tactus non solum fit  
per carmen nec solum est in nervo. Sed illud quod  
supra dictum est videtur esse magis consonum ari.  
Et tunc dicitur q. si os tangatur hoc sentimus sicut  
si tangatur clipeus.

**Ad octavum** satis patet ex dictis. Sed ad 9. dicitur q. licet in aere possit generari color remissus  
tamen tunc mutaretur aer in corpus mixtum.



**Ad secundum** sic proceditur videtur quod  
non sint plures sensus interiores quia  
tunc superflua erent sensus exteriori scilicet  
omnia possunt cognosci per unum sensum  
interiorem communem. s. p. tra est phi.

**Respondeo** dicendum secundum s. t. 1. pte. q. 78. ar. 4. tot ponendi sunt sensus quot sufficiunt ad vitam perfecti animalis quia natura non deficit in necessariis. Ad vitam autem animalis requiruntur diverse operationes et per consequens diverse potentie quasi scilicet non possunt reduci ad eandem. Nec sufficit tantum apprehendere rem presentem quod fit per sensus exteriores sed oportet apprehendere absentem alias animal non moveretur motu progressivo ad querendum vicium. Et ideo oportet quod in animali remaneant species post actualen sensationem ut cognoscat rem absentem. Recipere autem et retinere pertinent ad diversas potentias quia que bene recipiunt male retinent ut patet in humidis et ideo oportet quod in nobis sint duo sensus interiores quorum unus recipit spem et alius retinet eam et conservat.

**Notandum** preterea quod animalia duplices res cognoscunt per sensus interiores scilicet res que sentiuntur per sensus exteriores. Secundo res non sensatas. Exemplum secundi ut quando ovis videt lupum venientem tunc statim apprehendit similitudinem et fugit et avis colligit palleam quia cognoscit per sensum interiorem quod utilis est ad nidificandum; ista enim non cognoscuntur per sensus exteriores. Tunc dicitur quod propter res sensibiles a sensu exteriori ponendi sunt duo sensus interiores scilicet sensus communis et

fantasia quorum primus ponitur ad recipiendum species secundus autem ad conservandum sed ad cognoscendum res non sensatas ponitur duo alii sensus interiores scilicet cogitativa que cognoscit tales res non sensatas et memoria que bene conservat species talium rerum et illa potentia que in nobis dicitur cogitativa vel ratio particularis quia aliquomodo discurret in aliis aut malibus vocatur estimativa quia ex solo instinctu naturali cognoscunt aliquas intentiones non sensatas. Et propter eandem rationem potentia que dicitur memoria in nobis dicitur memoria et reminiscencia quia quasi sillogistice inquirit preteritorum memoriam secundum individuales intentiones.

**Item** ex his satis patet quod fantasia et memoria possunt dici thesauri specierum quia conservant species. Item isti 4. sensus habent distinctum situm et cellulas in cerebro quia sensus omnis ponitur in principio capitis ad quem terminantur cognitiones particularium sensuum. Et iste sensus communis cognoscit operationes diversorum sensuum et ponit differentias inter obiecta eorum scilicet inter album et dulce. Hoc autem non potest facere aliquis sensus particularis quia nullus ponit differentiam inter aliqua nisi cognoscat ea. Secunda autem ratio quare ponendus est sensus communis est ad iudicandum de sensibus exterioribus nescientibus iudicare de se ipsis unde per visum nescimus nos videre sed per sensum communem ut dicit. s. t. ibidem ad. 2. Contra per visum percipimus tenebras cecus enim non potest scire se esse in tenebris ergo per visum scimus nos non videre ergo visus supra se reflectitur. Negatur consequentia.

Et si philosophus dicat quod visus indicat se videre dicendum quod ibi visus capitur pro sensu communi pro quo iudicat de obiecto visus. Secundus sensus interior dicitur fantasia. Tertius autem qui secundum medicos est in medulla a parte capitis dicitur estimativa in brutis autem in posteriori parte medulle partis cerebri secundum S. T. opusculo. 43. c. 4.

**Quartus** autem memoria et est in ultima parte cerebri. Preterea notandum est quod avicenna posuit 5. sensus interiores quia inter fantasiam et estimativam posuit ymaginativam. Sed hoc reprobat Averrois nec est ponenda pluralitas sine necessitate. Et ideo dicitur quod ymaginativa est eadem potentia cum fantasia. Et sic non sunt nisi quattuor sensus interiores. Circa hec dubitatur primo quare ponendus est sensus communis. Sed iam dictum est quod ponitur ad cognoscendum actus sensuum exteriorum secundo ad ponendum differentiam inter obiecta eorum. Ratio primi est quia nulla virtus materialis et organica reflectitur supra seipsam quia alias idem pateret seipso ergo visus non videt se videre.

Secus autem est de intellectu qui est immaterialis. Sensus autem communis cognoscit actiones aliorum quia se habet sicut centrum ad circum et hinc patet an visus sciret ponere differentiam inter album et nigrum et an percipit quando videt album et quando videt nigrum. Si queratur an sensus interior cognoscens colorem sit similis coloris. Et per philosophum an sit coloratus. Dicendum est sicut de sensu exteriori qui potest dici similis colorato quia habet similitudinem et intentionem coloris. Et propter hoc quidam dicunt visionem esse aliquomodo coloratam.

Secundum philosophum quia licet visus discernat inter album et nigrum non tamen inter album et dulce. Et si queratur an sit unus sensus numero discernens omnia sensibilia